



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

IVRIS CANONICI|| SEV PONTIFICII|| PARTITIONES,||

Grégoire, Pierre

[Frankfurt], 1595

VD16 G 2996

14 De reliquiis Sanctorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63677](#)

tunc pro Catholicis habebantur, sustinenter in ordinatis misericorditer, si tamen laudabilis vita commendet. cap. si qui a Simoniaci, 1. q. 1. Similiter, & qui ordinati inuiti tracti ad ordinationem Hereticorum, si statim reslicerint, excusationem habent, ca. constat multos, can. 1. quæst. 1. Ordinatio tamē recepta ab Heretico scien ter & sponte, fieri dicitur irrita in dicto. ca. si qui a Simoniaci, in fine, scilicet quo ad executionem ordinum. characterem B namq; accepisse dicuntur ab episcopo Heretico, qui ordinandi habet potestatem, quin non pendet ex merito pralati: ideo ita ordinati non sunt iterum ordinandi. ca. secundum Ecclesia Catholica consuetudinem, 19. distin. Ex Anastasi secundi Papa epistola 1. ad Anastasium Augustum. Quare ordinati ita ab Hereticis pralatis, non repelluntur ab Ecclesia, & ex necessitate tolerantur recantato & abiurato errore, dummodo postquam fuissent ordinati reele in Ecclesia, dum lapsi fuerunt in heresim, iterata unctione non fuerint maculati, ca. maximum quoque, ca. donatum, ca. saluberrimum, 1. q. 7.

xx. ca. 2. c. cum quidam, 8. c. literas, 13. in fine. c. vel non, 1. c. dilectos, 15. ca. consultationi, 16. de temp. ord.

yy can. si qui episcopi, ca. hi quoscumque, 1. quæst. 1.

C A P V T . V I I .

Finis ordinationum.

VNUS cuiusque ordinis proprius est finis, ministerium & officium conselsum, vt digne in cultu Dei exerceatur, a & confusio in Ecclesia vitetur: quare, qui diuinum officium exercuerit, non ordinatus, propter temeritatem abiiciendus est E ab Ecclesia, & numquam ordinandus. b Et vt cum honore diuini cultus quisque honeste manus suum impleat, ordinari nemo debet, vt dictum est, sine titulo aut beneficio Ecclesiastico & aut sufficienti patrimonio. d

S C H O L I A .

- a Vt diximus in Syntagmate iuris. libr. 16. & dicemus in personis. lib. 3. tit. 9.
- b ca. 1. de clero nō ordinata. ministris. Apponitur, & in ca. 2. eius tituli, pena alia & pœnitentia. punitur autem ne ordinetur, quia in ordinibus usurpandi peccavit, id eo in quo peccavit. In dicta cap. si. de Immunita. Ecclesia. cum similib. ibi nota. ex in l. quibus. §. quifurem, de Furtis P. nisi accedit dispensatio, que promotionem permittat. ut ait gloss. ad dict. capit. 2. ad verbum, Promoueri, de clericis. non ordinatis. ministrant.
- c ca. fin. Monachus. ca. Apostolicus, 16. question. 1. & ca. Sanctorum, 60. distinct. cap. 2. cap. 4. capit. relatum, 90. de Monachis, 12. ca. cum secundum Apostolum, 16. ca. dilectus, 19. & ca. dilectus, 27. de Praeben. cap. cum super, de concession. prab. Clem. 1. de iure patronat.
- d ca. episcopus. 4. de prebend. in fine.

D E R E L I Q V I I S SAN-
CTORUM,

T I T U L . X I I I .

- a De hoc tractatur in tit. de Reliquiis & veneratione. Sancto. lib. 3. tit. 45. in Decretalib. & lib. 3. Se xii tit. 22. & lib. 3. Clement. tit. 16. ca. si quis praeposterus 50. distin. ca. si quis dixerit, 11. distin. 2. de consecrat. distin. ca. Crucis, ca. Pralatum, cum duobus sequentibus in l. nemo deinceps. C. de Episcop. aud. & lib. 1. C. titul. 12. nemini licere signum Salvatoris Christi humili in silice, aut in marmore, aut sculpere, aut pingere. Est. & inter constitutiones Imperatorum turis Orientalis collecti per Longitudinem Constantini Caballina una de reliquiis & veneratione Sanctorum.

C A P . I .

Continuatio, & quid reliquie.

- D Eo non tantum templum ex mortuis lapidibus constructa, vt diximus, consecrantur, sed etiam corpora Christianorum, quæ sunt habitacula spiritus sancti. b ex qui-

ex quibus alia aliis acceptiora, & post quorum obitum, quæ superlunt reliqua, anima conuolatæ ex corpore, dicuntur reliquiae, & vocant Græci, μάτια ἡρώων άγίων, id est, reliquias Sanctorum. Quo nomine Sanctorum intelliguntur non cuiuscunque reliquia seu exuia, sed eorum tantum, quorum in vita sanctitas venerabilis visa est, quare de illis reliquiis sanctorum prius dicemus, & deinceps sequenti titulo de sepulturis, de reliquiis seu corporibus aliorum hominum, quæ etiam olim seorsum a reliquiis martyrum seu Sanctorum, terra condebantur. e

S C H O L I A.

- a Detemplo viuo egimus, supra tit. 4.
- b Ca. i ad Corinth. ca. 3. Tertullian. 1. contra Marcion. c. vni. §. pen. de sacra vntio.
- c Ut apud Modestinum l. quidam de conditio. institutio. apud Diocletian. & Maxim. in l. mortuorum reliquias. 1. 2. de religios. & sumti. funer. C. lib. 3. tit. 3. 4. l. 4. 2. & 44. cod. tir. in P. l. 30. familia hercic. l. 27. de conditio. instit. in P. habent & suas reliquias animalia bruta. l. 5. 3. §. 5. de legat. 1.
- d De quibus Constantinus Harmenopulus. lib. 3. Encherid. περὶ λατέρνων ἀγίων, & in Ecloga Basilicorum. lib. 1. titul. 1. 2. C. de sacrofandis Ecclesiis.

C A P V T I I.

- 1 Reliquiarum distinctio & probatio.
- 2 Quomodo fiat Canonizatio.
- 3 Non sint ventiales.
- 4 Miracula malorum.

Quare reliquiae sic prius distinguetur, ut aliæ sint profanæ, & singulorum, aliæ sanctæ, seu sanctorum hominum, quæ veneratione dignæ habitæ sunt. Et istæ vel veræ vel falsæ, vel supposititiæ, vel hominis incerti. Vera reliquiae sunt, quæ per auctoritatem Apostolicam adhibitis certis solemnitatibus & diligentie probatio in numerum reliquiarum connume-

A ratæ sunt. a Falsæ contra, non verae nec probatae.

Proinde antequā quis in Canone sanctorum transferatur (vocant canonizationem hanc translationem) & antequam fiat officium de aliquo, tanquam de sancto Martyre aut confessore, debet certiorari summus pontifex, qui delegat personas notabiles & probas, quæ inquirant prius de vita & moribus, & gestis seu miraculis eius, qui in numerum sanctorum est inscribendus; b vt postea testationibus & probationibus plene instructus summus pontifex, statuat num sit pro sancto venerandus. Sicque & prohibitum est inuentas de nouo reliquias venerari, nisi a summo pontifice fuerint approbatæ, quāuis per eas fieri miracula videantur. d Id ipsum prælatis, vt caueant iniunctum, & ne permittant eos, qui ad eorum Ecclesiæ venerationis causa accedunt, variis fūgmentis aut falsis documentis, decipi, sicut in plerisq; locis occasione quæstus fieri consuevit. e Si quidem saepè dæmon suis fraudibus decipit superstitionis hominum mentes, quorum administrati sunt impostores, lucti cupidi, qui eos interdum persuadent honorari, qui etiam in peccato mortali mortui sunt, & pro quibus Ecclesia non permitit orare. f

Neque etiam vera debent esse veniales, vel extra capsam vllatenus ostendig de modo venerationis autem & festiis diebus, dicemus postea. h

S C H O L I A.

- a ca. 1. & 2. de Reliquiis & veneratione. Sanctorum.
- b c. venerabilis; 2. detestib. lib. 2. tit. 20. quæ requirantur in canonizatione sanctorum tradit Chassaneus in Catalogo gloria mudi, part. 3. consideratione 50. 47. 49. Venerius duodecim exigit res in institutionibus, de unitate fidei. c. 10. vers. 14. Primum, vt sit frequens denuntiatio miraculorum. 2. commissio examinationis fa-

N

cienda. 3. cōmissionis exsecutio, & inqui- A
 sitio. 4. inquisitionis facta & relatio in consi-
 storio, vocatis Cardinalibus, & aliis pro-
 ximioribus prelatis. 5. relationis & in-
 quisitionis facta diligens & matura ex-
 minatio. 6. examinationis facta per consi-
 storiū discussio. 7. secreta definitio & de-
 terminatio. 8. manifesta publicatio. 9. Diei
 canonizationis assignatio. 10. Papa & as-
 sistentium genuflexo oratio, ac Spiritus san-
 eti innocatio, ne permittat suam Ecclesiam B
 errare aut decipi. 11. sermocinatio, mira-
 culorum ac operum misericordia, recon-
 ciliatio, nec non ipsius sancti in Catalogum
 sanctorum descriptio. 12. Missa in hono-
 rem illius sancti celebratio, & Cantorum
 spiritualium personatio, & beneficiorum
 Dei, ad ipsius sancti canonizati innocatio-
 nem postulatio. Catharinus Politus, lib. 1.
 de certa Sanctorum gloria, probat pluri-
 bus Ecclesiam non posse errare in canoniza- C
 tione Sanctorum. docent & canonizatos
 indubie haberi debere pro sanctis D. Thom-
 as in quodlibet. 9. artic. 6. Bonaventura
 contra quandam Guilielmum. Bernardus
 in epist. ad Lugdunenses Canonicos. Innoc.
 ad c. cum Marthae, de celebrat. missa. Al-
 bertus Pius Carpensis, Ioannes de Neapo-
 lis episcopus Vsselenensis, libro contra Apolo-
 giam Pici Mirandulani. De Turracre-
 mata. lib. de potestat. Papa, & alii.
 e. Dicit cap. 1. & 2. de reliq. & venerat.
 Sancto.
 d. Dicit cap. 1. §. fin. de reliq. & venera. San-
 ctio. videndum diuinus Thomas 2. 2. quæstio.
 178. artic. 2. miracula namque quandoq;
 sunt per malos, o. tenemus, 1. quæst. 1. ex
 Diuino Augustino tract. 13. in cap. 3. diui
 Ioannis, ubi narrantur plura miracula
 majorum. Atque dominus Iesus testatur,
 Matth. c. 7. quosdam dicturos in die iu- E
 dixi: Nonne in nomine tuo propheta-
 vimus, da monia elecimus, &c. ipsum
 autem responsum, nescio vos, vide i. ad
 Corin. c. 13. Sic legimus paganos seni do-
 latras, qui procul dubio damnationi aten-

ne adiudicati sunt, miracula, hoc est insor-
 lita, & qua habent in apparentem speciem,
 aliquam diuinitatis, fecisse, quemadmo-
 dum scribit Iulius Capitolinus in Marco
 Antonin. Philosopher fulmen eum de celo
 suis precibus contra hostem machinamen-
 tum extorsisse, & suis pluviis impetrasse.
 Xiphilinus quoque in Vespasiano, refert
 Vespasianum cecum hominem, itemque
 alterum, cui imbecilla manus erat sanasse.
 Aliare referunt de Adriano aliisque, qua
 ut otiosapretereo.

- e. cap. fin. de reliq. & venerat. Sancto.
- f. c. 1. de reliq. & venera. Sanct. diximus,
nos de imposturis falsarum reliquiarum.
lib. 2. Syntag. sur. univers. c. 11.
- g. cap. 2. de reliq. & venerat. Sancto. I. nemo
martyres. 3. C. de sacro sanct. Eccles. Eccl.
ga Basilicor. lib. 1. tit. 1. cap. 5.
- h. Infra.

CAPUT III.

- 1. Effectus superiorū, ubi ponantur reliquia.
- 2. Cuius auctoritate transferantur.
- 3. Altaria sine illis non consecrantur.

Sanctæ reliquiae † ponit non debent in
 ædibus publicis, voluptatibus & iociis
 deputatis, sed in religiosis locis, consultis
 tamen prius episcopis. a

Placuit & Synodo Moguntinensi, † ne
 corpora sanctorū de loco ad locum illius
 transferre presumat sine licentia princi-
 pis, & vel Episcoporum, sanctæque synodi.

Prohibet & ius, † ne altaria sine reli-
 quis sanctorum ædificantur per villas aut
 agros, & si ædificata fuerint nomine ali-
 cuius sancti, cuius reliquiae ibi non fuerint,
 præcipitur dirui, si sine tumultu fieri pos-
 sit. d

SCHOOLA.

- a Leonis Casaris fuit constitutio, in l. decen-
nium, 2. 6. de Episco. & cleric. C. & in Ec-
loga Basilicorum. tit. 1. c. 1.
- b In concil. Moguntinensi. c. 51. relato, in o.
corpora Sanct. 37. de consecrat. dist. 1.
c. Prin.

De Sepulturis & Cœmeteriis. Tit. XV.

99

- a Principem intelligere possumus summum Ponit sic. ca. diffinimus. 18. quæst. 3. tamen & tunc est principis secularis adhiberi auctoritatem, ne tumultus ex translatione exciteretur.
- b ca. placuit, ut altaria 26. de consecrat. distint. 1.

DE SEPVLTVRIS ET Cœmeteriis.

¶ TITVLVS X V.

- a Tractatur de sepulturis. lib. 3. Decretalium tit. 28. & lib. 3. Sexti. tit. 12. in Clementinis. lib. 3. tit. 7. de religiosis & sumptibus funerum. lib. 11. P. tit. 7. lib. 3. C. tit. fin. De mortuo inferendo & sepulcro adificando lib. 11. P. tit. 8. De sepulcro violato titul. 12. libr. 47. P. ut defuncti seu funera eorum non iniurientur, a creditoribus. &c. Nouella Iustinia. 60. De debita impensa exsequiis defunctorum. Nouella 59. & nos tractamus. libr. 33. Syntagma iur. c. 23. In Nouella Leonis 53. ut cuique tam intra ciuitates, quam extra mortuos, sepelire liceat.

C A P V T L.

- 1 Continuatio.
- 2 Religiosus locu ex sepulitura.

Quemadmodum proxime, † sanctorum hominum reliquias dignas esse veneratione, sic nunc dicimus aliorum Christianorum pitorum mortuorum, honore aliquo dignas: unde & iure ciuili religiosa res dicitur cuiusq; hominis sepulta, atque sepulturam religiosum locum facere. a

Quod humandis fidelium maxime reliquis seruit. b Quamquam non ita iure pontificio, quod ademit singulis ius facie- di religiosum locum, omnino tradantur, concessa solum episcopis potestate. c

S C H O L I A.

- a l. instantum & §. religiosum, de rerum diuis. P. §. religiosum, de rer. diuis. apud Iustinia. l. 2. §. sepulcrum, & seqq. de relig. & sumis fun. P. lib. 11. tit. 7. l. 2. C. cod. tit.

- b ca. aurum 70. 12. q. 2. ex diuo Ambroſio lib. 2. Officior. c. 28.
- c ca. ad hæc de religios. domib. Iunsc. ad cap. Abolenda. eod. tit.

C A P V T II.

Sepulcrum & sepulitura quid.

Sepulcrum, † est locus, vbi corpus ossa defuncti hominis condita sunt, ea intentione, vt ibi quasi æterna sede remaneant: nō vtique, si corpus alicubi depositum est, vt alio postea transferretur. a Quandoque etiam sepultura accipitur pro officio, quod impenditur sepeliendis corporibus. b Item pro ipso loco vel terra, vbi quis sepelitur, seu pro sepulcro. c Dicitur & locus communis vel destinatus sepultoris, Græcis ορυκτηριον, Cœmeterium, dormitorium, nempe locus quietis ipsius corporis ab actionibus humanis anno 1494 ad 1495. C d dormire facio, vell sopio.

S C H O L I A.

- a L. si quis enim 40. de religios. & sumt. funer. P. l. 3. non perpetue. de Sepulcr. viol. 47. Pand. tit. 2.
- b cap. precipiendum 13. questio. 2. cap. non satis, de Simonia, vbi & prohibetur venditio sepulturae, quamvis ex laudabili consuetudine, daripro ea possit ca. ad Apostolicam, de Simonia.
- c cap. aurum, 12. questio. 2. cap. secundum canoniam 24. questio. 8. ca. de uxore, 7. & cap. cum super 8. cap. penult. de Sepult. l. 3. §. Sepulcri autem appellatione. de Sepulc. violato. in Pand.
- d Hac latius explicanimus. libr. 2. Syntagm. iur. ca. 13. Mortui quippe dormire dicuntur, donec in resurrectione generali euigilient suscipiantur, Divi Matthæus, cap. 9. Job. ca. 7. 11. 14. 21. & alibi saepe in sacra pagina, & in c. aurum, 12. q. 7. c. ante fin. l. 3. q. 2.

C A P . III.

- 1 Distinctio sepultura in prophanam & Ecclæsticam.
- 2 Infamiliarem dictam concessam.

N 2